Jobum 9,2,20. & 15,14. & ſeqq.
Davidem Pſalm. 40,13. & 130,3. & 143,2.

*Apoſtolos*: Paulum Philip. 3,7. & ſeqq.
Jacobum cap. 3,2.

Hinc tot querelas & ejulationes Sanctorum audimus: ut Danielis cap. 9,18.
Apoſtoli Rom. 7,14. & ſeqq.
Quo in capite ſuſpiria Sanctorum, de *ſententia Auguſtini*, deſcribuntur.

Concluſio igitur argumenti orthodoxa & firmiſſima eſt.

Quin & aliæ accedunt rationes non minus firmæ, quæ juſtificationem ex fide firmant, & ἑτεροδοξίαν infirmant & labefactant: ut

1. Quia opera bona non ſunt noſtra quâ bona;
E. ad juſtitiam coram Deo imputari non poſſunt.
Deus n. eſt, qui efficit in nobis, & ut velimus & ut perficiamus pro benevolentia ſua. Philip. 2,13.
Monſtrat idem Jerem. cap. 13,23.
Et Chriſtus Joh. 15,5.

2. Licet noſtra eſſent opera bona: nihil tamen facerent ad juſtitiam coram Deo.